

rogaret dignitati. Vbi ergo hæc ratio cessat,
fratres possunt uti hac cōcessione, in loco e-
tiam vbi residet Episcopus, quod sit, si in suos
vel alterius ordinis fratres hac vitant papalī
au&toritate, cū per hoc nil deroget dignitatī
Episcopi, cū ab eo sint per priuilegia sua exēp-
ti: sic distinguendū ostēdit intētio Papæ, sa-
tis in Bulla prēmissa expressa. Et si verba ali-
ter videant̄ sonare, de qbus non est curandū,
quādo de intentione legis latoris constat, l.
Scire leges. ff. de legi. aliás Episcopus ponēs
Officiales circa loca fratrū, l. in ipsis locis
fratrū, posset in totū euacuare hanc cōcessio-
nē, si nollet q̄ fratres hac Bulla infra duas
dietas vterēt, nā sic neq; in sēculares, neq; in
suos fratres uti possent hac au&toritate papa-
li in necessitate, cum tamē oppositum sit dī-
cendum. Nempe Principis beneficium am-
plissimē est interpretandum, maximē cū in-
nullius præiudicium cedit. sicut in proposi-
to, quia q̄ infra duas dietas præfati religiosi
in se, & in suos, vel in alterius ordinis fra-
tres, hac vitantur au&toritate, in nullius ce-
dit præiudicium. Quod si in alicuius esset
præiudicium, maxime esset Episcopi, quod nō
est dicendum, quia in hoc suæ dignitati in-